No XIV

Mscr: e Bibl: Meškiana

D. L. V. ~~No XIV.~~

~~Bibl. Mscr. Ep. 4o 12.~~

hab gott lieb ob allen

dingen, so mag dir

nit mis lingen.



Anna Marija

D. H. S.

LUNDS UNIV.-BIBLIOTEK.
Handskrifter.
Stamb.
Hermann, D.


Der herr gesegen ... n Ein gantz
willen Der herr ... mich ...
Mich der herr leüchte sein angesicht über mich
und sey mir gnädig der herr erhebe
sein angesicht auff mich und gebe mir sein
segen frieden Amen

Der friede gottes welcher höher ist dan
den allen menschen vernunfft bewahre
unser hertz und sinn in Christo Jesu
unserem herren Amen

Gloria in excelsis deo
Ehre sey Gott in der höhe friede auff erden
und menschen ein wolgefallen

Ich bin genandt mein leben ...
... schandt ...
... und schande
Für sünd und schande
Der herr der mich erschaffen hat
der behütte meinen ausgang und eingang
von nun an biss in ewigkeit Amen

M



Claritas — Obscura
Obscuritas — Clara.

Quòd Magno Æmilio servivi, quodq́ Rodolpho,
Testatur clypei talis imago mei.
Quà galeam supra geminæ extant altius alæ
Dextraq́ coerulea est, aurea laeva nitet:
Pars dextra armatur: stringit pars nuda sed ense.
Ut Bello, Paci sic quoq́ robur inest.
Sic non solum armis decoratos, sed quoq́ Pacis
Legibus armatos nos simul esse decet.
Barbariem calamo transfixi: hinc pes iacet Ursi:
Cæruleo in campo flava vigetq́ Rosa.
Contulit hunc Cæsar mihi Nobilitatis honorē:
Hunc clypeum Hermano Duce Rodolphe dabas.
Gloria nō prelio hæc, sed enim mihi parta labore est.
Fas mihi, quæ peperit, præmia ferre, labor.

Daniel Herman
Sac. Cæs. M.tis in
Camera Aulica
ad Expeditionis Secret.
[illegible] Austria A° 79



Εὐγένεια — — Ἀρετὴ

Ἀρετὴ — — Εὐγένεια

Daniel Hermannus Nidburg. Borussus.
Sac. Cæs. Mtis in Camera Judicia ab secretis

Scripturis in hunc librum.

TROIVS Aeneas Lybicis ereptus ab vndis
Cum socijs Tyrios postquam peruenit in agros,
Singula in ignota lustrauerat ocyus Vrbe.
Ecce sed in partes oculos dum conijcit omnes,
Conspicit Iliacas, picta sub imagine pugnas;
Ergo stat, atq; animum pictura pascit inanj.
Namq; ibi cernere erat combustæ ad mœnia Troiæ
Hector Achilleis dis tractus ut vndiq; bigis,
Troianam effuso maculauit sanguine terram.
Parte alia, Æneas indutis cernitur armis
Ire hostes contra, Martemq; accendere Marte.
Hæc satus Anchisa, cupidis dum spectat ocellis
Ac tantos casus gentes quoq; scire remotas

Fortè videt: veterum non immemor ille dolorum
Gaudet, & obtutu totus defixus in vno est.

Huius ab exemplo, Illustres, magni, generosi,
Nobilis, aut quotquot uel docti nomen habetis,
Hic mihi confectus liber est, quem tradere cunctis
Expeto quos fauor & iunxit mihi gratia comis,
Quos mihi amicitia, doctæ iunxere Camænæ.
Ergò agite, & promptas huic libro adiungite dextras
Scribentes ueri, gratissima signa, fauoris.
Quod si dulce fuit proprios spectare dolores
Æneæ, & tabula palantes cernere Troas:
Quæ mihi replebunt lætantem gaudia mentem?
Si dabitur uestri monimentum & pignus amoris
Aspicere, & chartis scriptas percurrere voces.

Obuia nam scripti lustrans Emblemata librj
Dum repetam caros, iunctissima corda, sodales,
Aut mihi docta dabit lætos sententia plausus,
Præsentem referet, minimus uel versus, amicum:
Aut potero absentes, scripto sub nomine, uultus
Amplecti, & nota dextram protendere dextra.
Quisquis in hunc igitur, tua figes lumina, librum,
Ocyus ingenuum testantia signa fauorem
Scribito: quæ memori (: dum viuam:) mente reponam.
Sic ego te summo semper venerabor honore,
Atq; tuæ vitæ felicia fata precabor.
Hæc satis est vacui scripsisse in fronte libelli
Nunc ades & chartas tua nomina confer in istas

Qui me forte tuum non auersaris amicum

Jamq; vale, HErmannj seruans te optantis amorem.

Daniel Hermannus
Halburgensis Bo-
russus Argenti-
nae faciebam
Anno 1567.

Lectori Candido.

Non ego magnanimo fateor me Principe dignum,
Qui mihi det propria scripta notata manu.
Iste liber, paribus fuerat confectus amicis,
Quos paritas, longus uel mihi iunxit amor.
Dum tamen hic sequeris cunctos praecedere dignè,
Ô Princeps patriae spes generosa tuae.
Arguat abiecti ne quis me forte pudoris,
Quod tua sunt isti Stemmata iuncta libro:
Nec quisquam audacem uel me putet esse proteruum,
His excusatus cui libet esse uolo.
Saepè tua fueram conuiuia indignus in aula,
Virtutem expertus Dux generose tuam.
Comis eras: animo placabilis: ore venustus:
Ingenio praestans: voce modestus eras.
Tandem abiens, multis tua, Dux, insignia donas
Mitis, & hac nostro sunt quoq; iuncta libro.
Non ego Magnanimo fateor me PRINCIPE dignum:
Esse uelim tanti serua uel umbra DVCIS./.

Dan. Hermannus
Et Ab. Borussus
Basiliae [illegible]
Annô 1568.

Vive DEO soli[que] DEUM venerare timeq[ue]

Inq[ue] reponatur spes tua sola DEO

Tunc poteris sprevisse nimus quascumq[ue] vel astra

Vel sors, vel casus, fata vel ulla ferent.

Hab Gott fur Augen.



Christophorus Comes Palatinus Rhe[ni]
Dux Bavariae scribebat haec ...
7 Novemb: Anno 1568.

† Ist in Niederlandt im scharmützel umbkommen.

Ut cum de statua facies formosa remota est.

Non decus in reliquo corpore truncus habet.

Sic reliqui mores spreti sine honore manebunt.

Ni sint ornati laude pudicitiae.

Theodoricus Georgius Berka
Liber baro Dominus in
Leip et Novo Sterrauf
Scripsit

Horatius de arte Poetica

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est. Ego nec studium sine diuite uena,
Nec rude quid prosit uideo ingenium: alterius sic
Altera poscit opem, res et coniurat amice.

Wolphegangus Sbremi B. Austria:
cus scripsit Argentorati vo ld No:
uemb: Anno M. D. LXVII.

Horatiůs in arte Poetica

Aůt prodesse ůolůnt, aůt delectare poetæ,
Aůt simůl & iůcůnda, & idonea dicere ůitæ.

Ioannes Christopho-
růs de Puchaim. B.
Aůstriacůs. Scripsit
Argentorati. 5 Id: IXbris.
Anno. M D LXVII.

Cicero pro Archia.

Ennius noster Poetas suo iure sanctos appellat, quod quasi Deorum aliquo dono atq; munere, commendati nobis esse videantur.

+ Gnad dir Gott.

Michael Slawata Baro
a Chlum et Kossumberg etc.
Rector Academiae Wittebergen-
sis scripsit haec V Cal. Maij
Anno 1572.

Oraculum redditum Messeniacis.
Fac quod mandatum est sua quem iur
damna sequuntur.

Haec Henricus a
Waldsteyn Baro scri
psit Witebergae
Maij Anno 157

Oraculum Spartanis redditum.
Arte alias qua quis capit is capietur eadem.

Albertus Slauata Baro
a Chlum et Cossumberg

Eoban:

Tutius est praestatq Deo confidere soli,
Quam se principibus credere saepe viris.

Fridericus Barnekau



Friderici et Martini Barnekonij fratrum Danorum insignia
quaem gratiam et amicitiam Doctissimi Viri: D. Danielis Her
manni Borussi: et sui memoriam, depingi curaverunt, Basileae.
Anno ch h LXIX, mense Augusto.

Ponitur in solo spes mea fixa Deo.

V. Tuscul: Cice:

Qualis cuiusq animi affectus esset, talem esse hominem Socrates disserebat: qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta simillima, factis vitam.

A M A D.

Viro eruditissimo et virtute or-
natissimo Domino Danieli
Hermanno Borusso, amoris
et benevolentiae ergô, Basileae
discedenti: reliquit Petrus
Wernerus Ostrofrancus:
Anno cIↃ IↃ LXIX.
IX Cal: Septemb: C

A. F.
W. W. W.
G. G. G.
V. W.



1.5 70.
I W G
Wolffgang à Werms-
dorff. Junior.

Nihil tam alte Natura consti-
tuit, quo Virtus non possit eniti,
experiendo, quae caeteri despera-
uerunt

Virtute et Eruditione
praestanti Danieli Her-
manno. Amico et con-
terraneo. suo Chariss:
scribebat haec Witeber-
gae Albertus Fridericus
a Wernsdorff 6 Feb:
An: 1570.

Malum est et sine malum, religionis
ignoratio: sed maius malum, religio simu-
lata: pessimum vero malorum omnium, doctri-
na falsa. Et cum in omnibus tribus mendacium
sit, primum emendandum: Secundum casti-
gandum: Tertium tollendum e medio est. etc.

Virtute et eruditione praestan-
ti Danieli Hermanno. D:
amico et conterraneo suo
dilecto scribebat Vitebergae.
Wolffgangus a Wernsdorf.
6 Febr: Ao 70.

PSAL: XXXVII.

Spera in Iehoua, & fac bonũ: inhabita terrã, & pasce veritatem: Et delecta te in Iehoua, & dabit tibi petitiones cordis tui. Volue super Iehouã viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet:

Corrige præteritum, præsens rege, cerne futurũ.

Humanissimo, nec non eruditione ornatis-
simo viro Danieli Hermanno Borus:
Scribebat Otto ab Uxell, memoriæ ppetuæ
amicitiæq ergo Wittebergæ XVI. die
Maij ao. LXX.

Dieser
gott
von Hertzog Magnus
in die Moschouer
verschickt, vnd alda
vo dem Moschowiter
gehäupt worden



W. S. M. V.

H. A. S. T. R. S. N.

15 70.



A. A. S. G. G. G.

15 70.

Cicero.

Leuat dolorem communis quasi legis, et humanae conditionis recordatio.

Idem.

Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.

Henricus à Schonberg
scripsit haec Vitebergae
28 Septemb: Anno 1570.

Terentius.

Malo coactus, qui suum officium facit, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet: si sperat fore clam rursum ad ingenium redit.

Augustus a Schonberg
Scribebat haec Vitebergae 28 Septemb.
Anno 1570.

Noxia uirtuti est res senuisse domi.



Wolfgangus Viteri
cus a Viztum. Prag.



IN VITAM LITERATAM C.V. DANIELIS
Hermanni Nidburgensis Borussi &c:

Litterulas decorat dulcis Hermannus; at illi
Pro meritis vitam litterulæ tribuunt.

Eidem

Ingenuam vitam celebres ut carmine, vitam
Parca dedit, vitam dat quoque Musa tibi.
Quam Parcæ vitam tribuunt, ea uita caduca est.
Quam tribuent Musæ, uita perennis erit.

Christophorus à Viztum
IX Aprilis M.D.LXXV Pragæ

Cic. 1 Offic.

PRINCIPIO generi animantium omni est à natura distributum, ut se uitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura uideantur, omniaque, quæ sint ad uiuendum necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusmodi generis.

A. N. D. R. V. V. E. D. N. N. D. A.
M. M. B. B.

G. MEA.

Vespera iam uenit nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem ne patiare tuam.

Doctrina atque eruditione insigni
Viro Danieli Hermano Borusso
scripsit hæc Leuinus à Borstell
15 Calend. Octobris anno 70
Viteberga.

1. 5. 7. 7.
Traw schaw wem.
Ut præstem Pyladen, aliquis mihi
præstet Orestem.

Johan Hyeburgre[illegible]

Viennæ Austriæ. IX. IXBR:

1 5 [monogram] 7 7

B W T V

Ha von Sendlitz

Salustius.

Idem Velle, atque idem nolle:
Ea demum firma Est
amicitia.

Rudolphus A Pre-
-singen Liber Baro
in Stain, scribebat
Wittebergæ die 4
Augusti, Anno
1572.

Donec eris fœlix, multos numerabis
Amicos:
Tempora si fuerint nubila, Solus
eris

Josephus a Praesin-
gen Liber baro in Stai[n]
Scribebat Wittebergae
die 4 Augusti.
Anno
1572.



Der: Maÿtt: Rö: Khaÿ: Mt: zu Rath vnd Hofzalmeister.
Prag den 4 Aprilis Ao Im 79



O passi graviora dabit deus his quoque finem.




Baldasar à Moshaim scribebat Viennae 9 die decem

Anno 72

Agesilaus der Lacedemonier Khönig wardt gefragt, warumb der Spartaner gemaine nütz für andern allen so herlich wör und flurete. Antwort er. Quoniam plus cæteris in se exercent ciues, vt pariter et imperare & parere sciant. Quia duę res excludunt seditiones, & tuentur Concordiam.

Idem Johan: Wolzogen. in memo-
riam amici. s. Do. Danieli Her-
mann s. scribebat. Pragæ. XXV.
Aprilis. Anno salut. LXXIX.




Hainnß Wolkogen Röm: Kaÿ: Mt:ꝛc.
Obrister Hofpostmaister.

Got · hilff · gnad ·

Gabriel [illegible] mpa

den 5 Februarij Ao

1597 zu Wien.



1 . 5 . 7 . 9 .

Bona conscientia dulcis altrix Senectae.

D. [illegible]

Ad Virtutis arcem multis ambagibus itur.

Anno 1654.
Den 27 April:
auff Erbe:

Zu sonderlichen Ehren
dieses geschlechts der
Hermans schrieb dieß
Nicolas Streichner

So vergehet unß hier auff Erden,
Ein schön glaß und ein schön buch,
biß wir eingehüllet werden,
in ein stükhe leinen tuch,
sollen wir unß den viel grämen,
weil wir doch nichtß mit unß nehmen

Zu sonderbahrer bedienung des Herrn
ihren geschlechtß von Nürnberg,
schreibß Herman Schrembler von Lo-
sonon, königl: Assessor und Hereditary Res[illegible]

Iß, trinck, sey lustig, das ist das theil alles
du auß dießer welt hast,

Et sic [illegible]

Seinem geneigten freund
schreib dieses der sich keinen
Lust mag ist allezeit ein
[illegible] Serv[illegible]
Jacobus Re[illegible]

1518.

A.M.D.

C.V. Haugwitz

Christoff

1578.

D.B.B.M. R.V.C.

Martin Reinhartt von Breslaw. Scribebat Fri suo chariss. Dno Danieli Hermano Viennæ. 31. Januarij.

Memento: Erla quid fecisti

Henricus Michael

conjungemur gratiae die 26. Aprilis. Ao. 654..

V. 1. 5. 79.

Vnuerhofft kumpt offt.

Octauianus Strada.
Rom: Kay: Maij:
Hofdiener.



Röm: Kay: Mt. diener, vnd des Kü-
nigreichs Hungn Ernholdt Fetter Kra:
bat

den 28 Aprilis Ao 079 in Prag


Dein Soll Schickt Dich

1 5 7 9



Hans Jgelshouer, Röm: Kay: Mt: etc

Dierer.



Conscientia Non Cessat.

15 79.




Michael Zymdawer


F. V. I.
15 79.
Abraham Phendler.

M. 15 * 79. M.
I. O. C.
Stephanus Braun. Rector C:

Concordia res paruæ Crescunt.
Discordia maximæ dilabuntur:

In singularis amicitiæ
memoriam scripsit
hec, idem St: Braun.
suo optimo amico D. Hermano.
Pragæ X.° Maij. A°. M.D.LXXIX.



Virtute et eruditione praestanti, D. Danieli
Hermano, amico suo singulari, scribebat Mich. Wolro=
gen memoriae causa Viennae XV. Maj
Anno SALVTIS MDLXXIX

1 5 79

Est aliquid, si non datur Ultra.



Ericus Lessota in contractæ amicitiæ et fra-
ternitatis signum posuit Pragæ 18 Aprilis.
Durum Patientia Frango.

1 5 7 9

Forsan meliora sequentur.

Suo Danieli Hermanno amoris ergò

Fridericus Lessota vonn Steblaw

P.P.

Pragae 18 Apr:

ANNO SALVT. CIↃ. IↃ.LXXIII. Viennæ Austr.

Γνήσιος εἰμι φίλος καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα.



Joannes Ambrosius Brassicanus Juriscons. Pri-
marius Juris et Canonum Ordinarius Profes-
sor Archigymnasij Viennensis.

Bene Vniuersa geruntur et com
petenter, si rei principium fiat,
decens & amabile Deo.

Nouell: Iustin. quo. oport. episc. 21.
~~in princ~~

Doctissimo viro D. Danieli
Hermanno, amicitiae
gratia scripsit Ioann:
Bapt: Schwartzenthaler
I C Codicis in Archigym
nasio viennensi ordinarius
professor ~~[illegible]~~ .XII. Calen
das Iunij: Aº M.D.LXX VIIII. to

Epict. σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα καὶ τὰ ἀκό-
λουθα, καὶ οὕτως ἅπτου τῶν ἔργων.

Sen. Qui se spectat, et propter hoc ad amicitiam venit
male cogitat, quemadmodum coepit sic desinet:
necesse est ut initia inter se et exitus congruant.

Albertus Behr dictus Vrsinius, Lubecensis
hoc fratri suo amantissimo D. Danieli
Hermanno Borusso Viennae Austriae scri-
psit X Calend. Julij Ao CIↃ IↃ LXXIII.

Virtus sibimet pulcherrima merces.

Virtute atque doctrina praestanti
Viro. D. Danieli Hermanno. I. V. C.
grati et amantis sui animi testifi-
candi ergô hoc scribere voluit.
M. Martinus Göselius Viennensis.
Anno 1573

In Insignia
Nobilis, eruditione & virtute ornatissimi
viri, D. Iacobi Hueberi S. Caes. Mtis
Camerae Aulicae Secretarij &c.

Quid color auratus clypeo designat in isto?
Iunctus et aurato quid color ater habet?
Hos inter quare patiens quoque ponitur Agnus?
Sic ego, sic dextra venit ab aure sonus.
Auratus color optatam sortemque bonumque,
Et notat excelsi gaudia summa poli.
Ater humum signat color: idem tristia signat:
Nam quodcunque vides nil nisi triste vides.
Ergo Agnum recte (quid enim patientius Agno?)
Res inter tristes laetaque iuncta vides.
Namque decet sortem moderate ferre secundam
Et mala constanter nos quoque ferre decet.
Rebus in adversis animum demittere noli,
Sed fidens animo fer tua damna leva.
Nec sis in laetis inflato pectore rebus
Interitus siquidem sortes habet ipsa vices.
Hoc insigne suis peperit virtutibus HUEBER
Cui merito laudem honoremque decusque ferat.

Dan. Herm. Boruss. f.
Viennae Mense Maio
A° 74.

Quando opus & satis est, qui sapit, ille sapit.

Ao 1579. 18. Maij.
praeclaro virtute et eruditione viro D: Danieli Hermanno N. amicitiae ergò scribebat
Paulus Fabricius Lau: Med: Doct:
Caesaris mathematicus



Id facere laus est quod decet non quod licet.
Senec. in Tragœd. quam Octauiam inscribit c
inter cæteras IX de Re iudic.

G · S · V · R · A

Stephanus Gans liber Baro ac
Dominus in Putlitz etc Rector
Academiæ Vitebergensis scripsit
hæc Vitebergæ. 9 Octob: Anno
1570.

Nullum pinguius sacrificium Deo mactatur, quam insignis malefactor, ideo omnibus ferys potest puniri L. prouinciarum ubi pulchre P. de Castr. C. de ferys.

P·E·D·I·E

Hæc otto Ganz liber Baro
& Dominus in Putletz &
scribebat Vitebergæ 9 Octob
Anno 1570.

Ad regimina uel dignitates non pretium uel ambitio, sed probata uita prouehere debet. L fin. C ad leg. Iul. repetund.

Tria destruunt rempub: Non prudens neq digessum consilium, priuatum commodum & latens odium. Martin Laud. in suo tract. de consil. princip. in 10. q.

D. S. M. F.

Haec Adamus Ganß liber
Baro ac Dominus in Putlet
scribebat Vitebergae 9 Octob.
Anno 1. 5. 70

38

1 5 + 7 9

C. I. C.

Wilhelmus à Dernbach Commendator Otingensis. Teutonici Ordinis. haec amicitiae ergo scribebat dem zu wildem Jer. littauen. /.



1. 5. 6. 7.

Z. B. R.

Omnes boni semper operam dare debemûs, ût ûitæ nostræ socia ûirtûs sit: mortis ûero comes gloria.

Omni ûirtûtûm genere, pariq́ eru-
ditionis laude conspicuo Viro:
Danieli Hermanno, amico et
conterraneo dilecto, hæc Argen-
tinæ scribebat. Fabianûs
Bûrggraûiûs à Dhona,
Baro. 1. die Noûemb.

Omnia mors abolet: Virtûtem [illegible]

Spes mea Christus

Clarissimo atq; Ornatissimo
Viro Danieli Hermanno Michaë[lis]
à Selslau Bonissus in amici[-]
tia diuturnæ memoriam scripsi
in castris ad Polociam. Die 12 Se[-]
ptembris Anno 1. 5. 7. 9

Omnium rerum vicissitudo est.

Virtus inuidiæ victrix hæc ipsa malæque,
Innumeros morsus vincere sola potest.
Hanc ego Michaël Schorkÿ cognomina decens
Diligo, dum vitæ stamina viua fero.

Ornato et eruditione
præstanti Danieli Her
manno, populari suo
scribebat Michaël
Schorcz Borussus
Argentinæ Calend.
Nouemb. Aº 67.

Gnad dem Gott
Ist Hartman zu [illegible]
in Preussen gestorben und
alda [illegible] Aº 80.

1. 5. 6. 7.

F. S. M.

Rei militaris uirtus præstat cæteris uirtutibus:
omnia nostra studia & hæc forensis laus & in-
dustria latent in tutela ac præsidio bellicæ vir-
tutis: & simulatque increbuit suspicio tumultus,
artes ilicò nostræ conticescunt. Omnia denique, quæ
sunt in imperio, in statu civitatis, ab ijs defendi
& firmari putantur, qui militari virtute antecellunt.
Cic: & Murenæ.

Bernard dior Gott
ist zu Rom gestorben.

Doctissimo Adolescenti D.
Danieli Hermanno scripsit
Nicolaus à Conarsin Be-
russus in sui memoriam
Argentinæ Cal: Novemb:
67.

1 . 5 . 6 7 .

Omnium Societatum nulla praestan-
tior est, nulla firmior quam cum
viri boni moribus similes sunt fami-
liaritate coniuncti. Nihil amabilius
bilius nec copulatius quam morum
similitudo bonorum.

Haec omni doctrinarum
genere ornatissimo VIRO
Danieli Hermanno B.
scribebat Ioan. Adolphus
Saltzmannus, amicitiae ergo,
Argen. 8 Novemb. Ao 67.

H. V. L. B.

1567.

Cum sumus necessarijs negotijs curisq; vacui tum avemus aliquid videre, audire, discere: cognitionemq; rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene beateq; vivendum necessaria ducimus. I Offic.

FFFFvLX

Doctissimo viro D. Danieli Hermanno Georgius a Rautenbergk Borussus in sui memoriam scripsit Argentinae Cal: Novemb: A° 67.

1 5 71.

Fürchte Verachte Niemandt.

Friderich Von Nostitz



Apuleius de Deo Socratis

Si laudas aliquem, quia generosus est, parentes laudas: si laudas aliquem, quia dives est, hoc fortunae debetur: si laudas aliquem, quia validus est, aegritudine fatigatur: si laudas aliquem, quia velox est, in senectute abibit: si laudas aliquem, quia formosus est, expecta modicum et non erit: si laudas aliquem quia bonis moribus et artibus doctus est, et valde eruditus, et quantum licet homini sapiens, tunc ipsum virum laudas: quia nec a patre hereditarium nec aetate mutabile, nec a corpore caducum possidet.

Eruditione et virtute praestanti iuveni Danieli Hermanno Borusso, conterraneo et amico suo singulari scribebat haec Fridericus à Nostitz Borussus in memoriam sui Vitebergae anno salutis humanae 1571, Calendis Iunii

Qui nihil aliud habet, quam maiorum ima-
gines, opinione nobilis est uerius, quam re.
At qui uirtute praeditus est, germanam ac
natiuam habet nobilitatem.

L. 2. ff. de orig. iuris.

Turpe est homini patricio, ac uiro nobili
ius, in quo uersetur, ignorare.

Doctrina literarum, elegan-
tia morum, ac omni uirtu-
tum genere exornato uiro,
domino Danieli Hermanno
Christophorus à Nostitz
Borussus amicitiae ergo scribe-
bat, Argentinae, anno Salu-
tis 1567. Cal. Nouē.

Als Jr Gott.
Constantia & Fide.

Non tam in familiarissimæ conuersationis memoriam, quam etiam amicitiæ perpetuo duraturæ monumentum, scripsit hæc Constantinus Ferber Borussus. Vienna discessurus. Die 22. Januarij Anno 1578.

Fata viam inuenient.

1 5 6 7

V. D. I.

Nauita de uentis de tauris narrat arator
Enumerat miles uulnera pastor oues

Docto et honesto adolescenti
Danieli Hermano scripsit Henricus a Massenbach

Virtutis inuidia Comes. Sed
Inuidiam Virtute superato.

Hæc clarissimo atq; ornatissimo uiro Danieli Hermanno in certissimum recens initæ amicitiæ in Lituania testimonium Alexander Gisius scripsit. Vilnæ die 12 Mensis Augusti, Anno Dni: 1.5.7.9.

Dum spiro spero.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.

Doctissimo Adolescenti
D. Danieli Hermanno
scripsit Joachimus
Gengerich Bornsius
in perpetuam sui memoriam Argentinae
cal. No.

N. S. F. V.

Zeno.

Argue te ipsum, quisquis es, nihil ad gratiam.

Et docto & poeta p̄stāti
Danieli Hermanno Bo-
russo populari suo
scribebat Balthazar
Stornig Mariaebur-
gensis Argentinae
Aō 67. 8. Novemb.

1 . 5 . 6 . 7

Non aqua: non igni pluribus locis uti-
niur, quam amicitia.

Doctissimo Iuuenj atq;
Poetæ optimo Gabrieli
Hermanno scribebat
Andreas Kemerlinck.
Argentinæ, Calend.
Nouemb.

Dieser ist der zu Neapolis entleibten Veit Ulrichs Vatter, unndt neben ihme haben sich des hochwürdig Fürsten [illegible] Bischoffs zu Wirtzburg & [illegible] damals zu Wien fürnemme Räth unnd hoffgesandter ein[illegible] der Zeit.

Dominus providebit.

G. W. E. A. W. M.

15 Ä 77.
Mein hoffnung zu Gott.
Hans Jörg vo Ettwal amptman zu Bischoffsheim [illegible] scribebat
Wenns Ao 77 den 20 [illegible]

15 D 77
H H H H
Cristoff Hamrich von Eyrstall [illegible] fürsten [illegible] den 20 octob



Gnad dir Gott mein lieber Veit.
Neapoli in Campania [illegible] Vitum Ulricum, [illegible] Paedagogum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] v. [illegible]

15 Æ 77
W. L. B.
Rudolff [illegible] [illegible] zum Altenstein [illegible] den 20 [illegible] Wien.

Veit Ulrich vom Eyrstall

[illegible] ad [illegible] Paedagogus [illegible] [illegible] aliquot [illegible] [illegible] Vitus Ulricus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Vitum Ulricum [illegible] confodit. Haec ex [illegible] relatu. Alii aperto Marte hanc caedem factam esse asserunt.

Magna pars uitæ humanæ elabitur nihil agendo: maior pars malè agendo: maxima nō necessaria agendo.

15 77
Unica nostra Salus Spes Vita
Redemptio Christus
Herman Riedesell zu Eisenbach
Erbmarschalk zu Hessen
Viennæ Aust: 20 octob:

Doctrina ac elegantia morum ornato adolescenti Danieli Hermanno [illegible] suo Ioannes à Lichtenstein in sui nominis memoriam Argentinæ scripsit 3 die Novembris Anno salutis nostræ 6-1.

15 77
W. G. W. W.
Lud. v. Morsheim.
W. Marschalck

15 77
Valentin Echter á Messelbrun. Vienna.

15 77
Espoir me confort
Dieterich Echter von Messelbrun. Wien.

15 77
Doue mugre l'honore moia la vita.
Philips von Hirschhorn

15 77
G G G
Hans Voyt v. Rineck

15 77
G. N. V. G.
Heinr. Burckhart
Herr zu [illegible]

15 77
[illegible]
Freiherr v. Bappenheim
[illegible] Erbmarschalk

15 77
A. G. I. V.
M. Stoeuten

15 77
G M T H ME
Alexannder Voyt
von Salzburg

Ordinis Theutonici ad Regem Poloniæ pro tempore Legati, ad Polotiam.

1 5 7 9.

W. W. D. B.

Hans Dietherich von Hohenlandenberg Teutschordens Landtkomenthur der Balley Elsas vnd Burgundy vnd Comenthur zu Altshausen [illegible]

1579 in der [illegible] den 23 augusti

Eberhardt vom Schwalbach Landt Comenthur der Balley Franken Comenthur zu Ellingen vnd Nürnberg Teutsch Ordens

Militat in teneris armis amor hospes amænus.

Est in camicie ridiculosa venus.

1 5 7 9.

M. H. Z. B.

Jeorg V. Boningen Teutsch Orden Commenthur zu Freyburg im Breysgau. scripsit Vilnae in lithuania. die 23 augusti.

1 5 7 9

C. I. C.

Wichsel von Dernbach Commenthur zu Otting Teutsch Ordens den 23 Augusti 1579.

In armis et literis consistit virtus.

Leonhardus Kirchaimer V.I. Doctor.

Vita brevis, culpæ crescunt, mors ostia pulsat:

Temporis esto tenax: Vivas

Ut vivere possis

Loco et tempore [illegible]

Inter molas Spei et Timoris.

Joa. Sigism. Hornstain

V.I.D. [illegible] Vilnæ

x. kl. [illegible] septembr.

A°. M.D.LXXIX.

Quo fata trahunt [illegible] Vilnae 23 Augusti Anni 1579 [illegible]

Seneca.

Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitae, & tunc quoque cum crescimus, decrescit vita. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam usque ad hesternum: quicquid transit temporis, perit, hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus.

Virtute duce, comite fortuna.

1 5 1 9
T I f W
Hans lennig von Siegen Laichenberg den 23 aug. 1519 [illegible]

Doctrina & ingenio praestanti viro D. Danieli Hermano familiari suo scribebat Georgius Ludouicus Ab Hutten 3. Non: Novemb: A.° 67.

Solatium huius vitae est, ut habeas cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui secreta pectoris tui committas, ut colloces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Facilis vero et communis fama sum totius, sed paucorum est affectus.

Et fortuna in virtute

Suo Danieli Hermanno amico optimo
Nicolaus Ringmuller
Mylepolitanus 3
Non. Martii Argentorati scribebat

M D LXVII III Nonas Nouemb.

Tibullus.

Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa:
Difficile est, tristi fingere mente iocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene sollicitis ebria Verba sonant.

Summe doct. Dno Danieli
Hermanno amico suo pluri
mum obseruando scribebat
Balthazar Voolhamo
Histrianus in sui
memoriam.

Argentinæ

Cicero

Ut monere et moneri proprium ē ueræ amicitiæ, et alterum Libere facere non aspere, alterum pati enter accipere non repugnater: sic habendum nul lam in amicitijs pestem ēē maiorem, quam adula tionem blanditias assentationem.

Ludouicus Pistoris
15 Martij Vuite
bergæ anno 71.

Sententia Friderici Imperatoris quæ et in
Norimbergæ in ære est Scripta

Rerum irrecuperabilium summa felicitas est obliuio

Ter: in And: Act: 2. Sce: 1.

Quoniam id fieri, quod uis non potest, uelis quod possit

Modestinus Pistoris
15 martij Vuiteber,
gæ Anno 1571.



Ludouicus pistores

Cic. de amicit:

Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt, qua à Dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius.

Salust: in bello Iugurth.

Non exercitus neq thesauri, præsidia regni sunt, uerum amici, quos neq armis cogere, neq auro parare queas, officio et fide parantur.

O. B. V. L. Z. A. F.

Ornatissimo uiro eruditione et uirtute præstanti
D. Danieli Hermanno Borusso
amico et fratri suo carissimo, scribebat Simon pistoris Witebergæ 19. Martij Anno 1.5.71.

Quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & a quibus diligamur. Charitate enim benevolentiaque sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. in Laelio.

Doctrina atq; eruditione insigni viro Danieli Hermanno scripsit Ioann. Wilhelmus in Thurn 3 Non. Novemb. anno 67. Argentinæ

1 5 67

D. P. F.

Honoris augmentu nō ambitione sed labore ad unumquemq;
peruenire debet. L. Sancimus. C. Ad Legem Juliam
Repetundarum.

Doctrina ac morum integritate
conspicuo Juueni Dn̄o Danieli
Hermanno Borusso Chaspary
Richius. W. Hassus in perpetuam
sui memoriam scribebat [illegible]

Soli deo gloria

Res est sanctissima Civilis Sapientia sed
pretio nummario non est æstimanda nec
dehonestanda. L. 1. §. Proinde ff
de Extraordinariis cognit:

I. J. 5. 6. 7.
G. A. D. E.
W. W. V. Scharhrem.

Eruditione atque Virtute præ
stanti Viro D. Danieli
Hermanno Borusso scribebat
hac amicitiæ et memoriæ
ergo Wilhelmus Wernerus à
Scharhren Aragonus: Anno
Vt S.

Aristides interrogatus quomodo uirtutem esset consecutus: Respondit, praecipua causa est natura, et ego naturam studiosè adiuui.

1 5 8 6 7

8 . V . D .

E . J . Vüü .

Docto et praestanti uiro
Dom: Danieli Hermanno
Borusso scribebat
Theodoricus à
Schachten
Argentinae

Arte alios qua quis capit, is capietur eadem.



Ornatissimo viro pietate et virtute
praestanti Domino Danieli Hermanno
amico suo suavissimo scripsit hac
Wilhelmus Herman à Maagern
Vienna Austria 13 die septemb:
Anno M: D: LXXII

Scindentur vestes, gemmæ frangentur, & aurum.

Carmina quam tribuent, fama perennis erit

Hæc virtute & eruditione
præstanti Juveni Domino
Danieli hermanno in per-
petuæ amicitie vin cul[um]
scribebat Nicolaus Guer-
rardt lotharingus Argentinæ
5° Die mensis novembris
Anno virginei partus 1567

P. Melanthon.

Talis mens hominum est, qualis fortuna dierum:
Tristis in adversis, et rebus laeta secundis.
Non casu, sed cuncta DEO sic nostra regente.



D. P. F.

Amico suo colendo D. Danieli
Hermanno Borusso in sui
memoriam scribebat Gabriel
Giringer e Vienna Austriae
Anno 1572 die 13 viibris

ISOCRATES
ad Demonicum.

Δοκίμαζε τὸς φίλους ἐκ τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας: τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

Cicero

Non facile dijudicatur amor verus et fictus, nisi, aliquod incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne, si benevolentia fidelis, periculo aliquo perspici possit.

Custode securus Deo

Omni virtutum genere pariq; eruditionis laude conspicuo.
Danieli Hermanno Borusso,
amico suo dilecto, scribebat
hæc Witebergæ Georgius
Henricus a Stranpitz
1611 Calend: Junÿs.

Χρς·

A: G: S: A: Z: B:

Jacob Monaw

1572

15 April

Witebergæ.

F. O. D. P.

Petrus Monaw.

Q. Calab.

ἀνδράσιν ἐκ κα-
μάτοιο πέλει θάλος
ἠδ' ὄλβος.

IPSE FA-
CIET

συμβουλῶ ἀγαθὴν καὶ ἄφθον-
μισθὸν εὐτυχίαν τε
δεῖξον ἐμοὶ τέκνον πατρὸς
τῶν ἀϊδίου.

Ornatissimo V. dn. Da-
nieli Hermano Borusso
amico s. singulari
& obs. scribebat discessu-
rus ex Academia Witeb:
Jacob Monaw V. S.

Viro ac poëta eximio
Dn. Danieli Her-
manno Borusso amico
s. sincera fide obs.
Witeb. in memoriam sui
Scrib. Petrus Monaw
A°. 1572

1 5 7 2.

Cicero.

Nihil est aptius vitæ: nihil ad bene viuendum accomodatius, quam cum viris bonis, iucundis, amantibus nostri viuere.

Ornatissimo viro D: Danieli Hermano Borusso V: I: Studioso amoris ergo hæc scribebat Isaacus Aschpan in Liechtenburg et Wimbspach, Vitebergæ 16 Martij anno, vt supra.

Ouidius

Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.

Egregio ac perdocto viro d. Danieli Hermanno Borusso scribebat in sui memoriam Jacobus Aschpan. Vitebergæ. 16 Martij anni 1 5 7 2.

Ouidius.

Ingenium quondam fuerat preciosius auro,
At nunc barbaries grandis, habere nihil

Vor zeiten warn die kunst geacht,
Wer iezt gelt hat, der fierdt den pracht,
Ob er schon ist vnngelerdt,
So gantz hat sich die welt verkhert
Wer arm ist vnnd gelerdt, die welt
Denselben für ein Esel helt.

Ornatissimo viro D. Danieli Hermano
Borusso. scribebat haec Paulus Christ:
Flushart in sui perpetuam memoriam
Witebergae XVI Cal: April:
Anni M D LXXII.

Cicero. In Laelio

Pestis maior esse nulla in amicitijs potest, quam in quibusdam honoris certamen et gloriae, ex quo inimicitiae maximae saepe inter amicissimos extiterunt.

Ornatissimo uiro D. Danieli
Hermanno Borusso
scribebat haec Johannes
Vdalricus Raidt in per-
petuam sui memoriam
Witebergae XVI Cal: Ap:
Anno domini M.D.LXXII

X. N. D. D. B. B. X

Sit actionum principium et finis Deus.

Ἀρχὴν ἁπάντων ἐν τέλει ποιοῦ θεόν.

Amicos appellare omnes debemus non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamilias honestis familiaritatis quaesita rationibus.
Paul: L. latae culpae ff. de verbo: & rer: signif:

Ex quo intelligitur familiaritatis & amicitiae rationem non in turpibus rebus sed in licitis et honestis esse quaerendam. Ideo neque inter latrones et alios sceleratos amicitia est, sed maxima fraus et dolus.

Plato tum denique fore beatas Resp: putauit si aut docti aut sapientes homines eas regere coepissent, aut qui regerent omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Cic: Q. Frat:

Ad regimina et dignitates, non pretium vel ambitio, sed probata vita promouere debet.
L. fin: C. ad L. Jul. repetun:

Optimo et ingeniosissimo viro dno Danieli Hermanno Borusso amico suo suauissimo Alexander Döring a Bydencap. Hessus scripsit Argentinae Anno Dni. 1567 4. die Jouis.

Salust:

Idem uelle & nolle ea demum uera est
amicitia

Eruditione & Virtute
præstanti Juueni D.
Danieli Hermanno
scripsit Hanr. Ernst von
d. Assenburgk Saxo
in perpetuum amicitiæ
monumentum Argentorati. X
CIↃ IↃLXVII vi Id. Nouemb.

Cic: 1 Off:

Nihil amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates, in his fit, ut aeque quisque altero delectetur, ac seipso: efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.

+

obijt Bruxellis: A° 1579.

Pietate et literis clarissimo iuveni Danieli Hermanno Luderus a Wensen ~~memoria~~ Saxo observantiae et memoriae ergo. Anno CIↃ IↃ LXVII. VI Idus Novemb: Argentorati

Aristoteles lib. Nono Ethicorum ad Nicomachum filium

οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος, τὸ θεωρῆσαι καὶ γνῶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά· οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν εἰδέναι. ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον

Cic. 1. Off:

Virtutis laus omnis in actione consistit.

Eruditione et morum elegantia ornatissimo Juveni Danieli Hermanno Borusso Hein-rychus Bellanus Westpha-lus observantiae ergo An: CIↃ IↃ 2XVII. VI. Idus Novemb. Argentorati.



Auxilium meum à Domino.
Pžich ma pomoc gest z dina.

Sicut nullum atrocissimum est defectio et perfidia amici:
Ita nullum sanctius e[st], authore Seneca, humani pectoris
bonum, quam fides in amicitia.

Scriptum à Conrado à Ssenfeld,
pietate, virtute, et eruditione p[rae]s:
tantissimo et ornatissimo D:
Danieli, Hermanno Borussio, amico suo fidelissi:
mo atque suavissimo. Vitteber:
gae. Anno τῆς θεογονίας recuper.
M D: LXXII IIII Idus Iunij.

Amicus certus in re incerta cernitur;

Ornatissimo D: Danieli
Hermano scripsit Sigis:
mundus Ernestus à Ssen:
feld in perpetuam ami:
citiam. 10. Iunij Anno D:
1.5.7.2. Witebergae

Amicicia incerta,

Odi et amo, quare id faciam fortasse requiris,

Nescio, sed fieri sentio, et excrucior,

Eruditione et Virtute prae-
stanti Juveni D: Danieli
Hermanno scripsit Sigis-
mundus Kapler a Sulwin
amico suo charissimo in perpetu-
am memoriam. 10 Junij Anno D:
1572 Witebergae C.

Joach: Cam:

Non e[st] difficile si deliberatu et ani-
mo constitutum sit, et fieri debere
uideatur, contemnere opes, regna, hono-
res, diuitias, splendorem et dignitatem
uitæ, ipsam etiam mortem oppetere: du[m]
ratio uincat, nobis sapientiæ et uirtutis
laudem conciliari. Potuere hoc multi
facile perficere, inter quos eximij Crates,
Diogenes, Socrates, et Romanoru[m] Curij,
Fabricij, Decij, Reguli. At ea quæ omne[m]
intelligentiam euertunt et conturbant,
amplecti, et ad propriam in terris abie-
ctionem et miseriam, ut alij o[mn]es sentiu[n]t,
assumere, et contra mentis humanæ iudi-
cium niti, et fidem habere, ac spe inhærere,
et fretum esse ijs, quæ a rationis nostræ
captu uehementius resiliunt quam ferreo
malleus impactus incudi, id profecto e[st]
mirabile e[st], et maius [con]silium qua[m] humanu[m].
Quapropter tota religionis nostræ
ueritas longiss: non solum a fal-
sitate aliarum, sed studio et in-
dustria sapi[en]tiæ humanæ se-
paranda est.

Doctrina et uirtute inclarescenti
Dno Danieli Heermanno, amico
suo singulari et observando,
scripsit hæc Wenceslaus Budo-
wecz à Budowa. Witteb:
3 Julij Anno Salutis h. 1572.

Hipp: Τῶν νούσων ἰητροὶ φύσιες, φύσεος δ' ὑπηρέτης ἰητρός.

Natura curat morbos, medicus uerò est ipsius naturæ amicus et minister.

Malo esse caput Lacertæ, quam cauda Leonis.

Doctiss: Viro. D. Danieli Hermanno Borusso amico optimo, et contubernali iocundiss. scribebat Basileæ Joan: Nicolaus Stupanus Rhetus, phil: et Medi. D. 1569. mense Augusto.

Deus, & Fortuna

Suo optimo ac Charissimo Amico, Ornatissimo, ac doctissimo viro, Dno Danieli Hermano, Amicitiæ ergo scripsit

Bartholomeus Statafora,

1579 10 Julij Gedani

Amicitia præponderat fraternitati &
consanguinitati. argto l. cum allegas.
C. de castrensi peccul.

Suo integerrimo fratri D. Danieli
Hermanno Borusso scripsit Vite-
bergae Johan. Fritzius Alsfanus, in
patriam iter parans. 21. die Febru:
Anno Ἰησοῦ Χριστοῦ θεανθρώπου τοῦ
σωτῆρος ἡμῶν. M. D. LXX.

L. 23. ff. de Legibus.

Inciuile est, nisi tota lege perspecta, Una aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere.

Viro Doctissimo D. Danieli Hermanno scribebat haec Conradus à Borstell Saxo 19. Sept: Ao 70.

Sapientia praestat armis.

E. V. W.

Descriptio Virtutis a Theodoro Beza.

Quaenam tam lacero vestita incedis amictu?
Virtus antiquis nobilitata Sophis.
Cur vestis tam vilis? opes contemno caducas.
Cur gemina est facies? tempus utrumque noto.
Quid docet hoc frenum? mentis cohibere furores.
Rastros cur gestas? res mihi grata labor.
Cur volucris? doceo tandem super astra volare.
Cur tibi mors premitur? nescio sola mori.

Ornatissimo Viro, Danieli Her,,
manno Borusso, amico suo carissi,,
mo & fratris loco colendo, scri,,
bebat Joannes Vincentius Raj,,
sky Boemus, Witebergae octa,,
vo Calendas Mar: Anno M.D.LXXI.

Viuit post funera Virtus.





Ovidius

Munera crede mihi placant homines q[ue] Deosq[ue]
Placatur donis Jupiter ipse datis,
Quid faciat sapiens stultus quoq[ue] munere gaudet &c.

Item in 2 de ar: am:
Jam molire animum qui duret et astrue formam
Solus ad extremos permanet ille rogos
Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit et linguas edidicisse duas.

Confide Deo et ipse faciet

M. J. E.

Ornatissimo Viro D. Danieli Hermanno Borusso, amicitiae ergo scribebat haec Sigismundus A Lyndenau, Vittebergae, 13 Apprilis, Anno reparatae salutis

1 5 7 1.

Quod agis prudenter agas & respice finem.

V. D.

C. F.

Ornatissimo Viro pietate ac eruditione praestanti Danieli Hermanno amico suo minimo scripsit Vuitebergae discedens Christophorus Fuelmer 10 Aprilis ao 72.

† Gnad dem gott Ist zu Wels in Osterreich Ao 78 gestorben

Claudianus.

Virtute decet non sanguine niti

Nam genus et proavos et quae non fecimus ipsi

Vix ea nostra puto.

Christian Münchow

Pommer.

Esaiæ 40. Πᾶσα σάρξ.

O homines miseri terreno semine nati
Quid sumus? aut nostri gloria? terra sumus.
Quid caro quam tanti facimus? serpentibus esca est
Et foemini et vermi pulverulentus humi.
Gloria quid carnis nostra? quid fama? triumphus?
Instar floris agri luxuriantis habent.
Vita bonum fragile est, restant meliora beatis
Perpetui quando tempora veris erunt

Doctiss. et honestiss. viro.
Danieli. Hermanno. amico
suo ut fratri scrib. Lau
rentius Collinus Witeberga
discedens. XVI. Junij
1572

Λύχνα ποσί τεχνη



Cic: in Lælio:

Quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, et á quibus diligamur, charitate enim beneuolentiaque sublata, omnis est é uita sublata iucunditas.

Virtute, Doctrina, & Eruditione præstantissimo D. Danieli Hermanno, in sui perpetuam memoriam scribebat Witterbergæ Paulus Vetzerus. D. XX. Aprilis. Anno Christi M. D. LXXII.

Ἀναχάρσιδος.
Ὄργανον τῆς μὲν ψυχῆς τὸ σῶμα:
ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ θεοῦ.

Pietas ad omnia Vtilis.

Dem Ehrwürdigen hoch Achtbaren Vnnd hochgelarten herrn M: Hermanno Samsonio Obersten Pastoren Superintendenti Vnnd Professori In der Königl: Stadt Riga.

Ornatissimo Viro D. Danieli Hermanno Borusso, amico suo intimo scribebat in sui perpetua memoriam Hieronymus Hueber Welsensis Austriacus: Witteberga die 4 Augusti Anno M D LXXII.

Anno M. D. L. X. X. I. I. I.
ipso die conversionis S. pauli

In te domine speravi, non confundar in aeternum



Ornato et Eruditione praestanti
Domino Danieli Hermano
amico suo scribebat philippus
Braun, Argentinensis Viennae
Anno ut supra

~~A 2. 15. 18. 2. H~~



Trewe Dienst vnuergolt

15 79



Frantz Limpe. Ro: Kay: Mt: Rats vnd Hofpüechhalter.



†
Gnad dier Gott,
Ist zu Wien
den 22 Maij
begraben worden
A° 1579

Doctissimo viro dno Danieli Herman
no Borusso, Francis: Lagkhner. D.
amicitiae et memoriae ergo haec
insignia sua depingi curavit.
14° die Aprilis, Anni 1573.

Neglecta a bonis, defensa ac improbis, multorum malorum in republica causa sunt.

Wolffgangus Eilenbeck. s.w.D. scribebam Pragae 10. Aprilis Anno 1579.

Rerum humanarum nihil tam est
proprium quam esse inconstantes.

Christophorus Meÿenburgk
scribebat Pragæ ·X· Aprilis
Aº 79.

+.

Desipit is, nimium qui sapit ipse sibi.

μέγα φρονεῖν ἀφρονεῖν.


